

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthias Stein

**Programma Passionale, Qvo Rector Academiæ Varniacæ Matthias Stein/ J. U. D.
& Cod. P. P. ... Jesum Morientem Morte Sua Admirabilem Sacris Civium
Academicorum Meditationibus Sistit**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987486>

Druck Freier  Zugang





[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003987486/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987486/phys_0001)

DFG

T. 512.

1717. Fasten.

M. 1256 149.

Q. 1217

PROGRAMMA PASSIONALE,

Quo
Rector Academiae Varniacæ,
MATTHIAS STEIN/

J. U. D. & Cod. P. P.

Fctatis Jurid. ut & Colleg. Profess. Senator. Senior,

JESUM MORIENTEM MORTE SUA ADMIRABILEM

Sacris

CIVIUM ACADEMICORUM

Meditationibus

Sistit.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.
& ACAD. Typogr.

M. 1256 449





Dmirabilem nativi-

tate suâ Jesum, Salvatorem nostrum, Vobis, ACADEMICI CIVES HONORATISSIMI! in natali ejus Feste me repræsentare, memini: Nunc igitur, quando tempus inchoat, quo nobis salutiferam illius passionem ac mortem recolit Ecclesia, nos diu de materia, quâ de ad Vos scriptura non incongrue commentandum mihi

esset, deliberare habui; quin eundem Vobis sistam Salvatorem nostrum & morte sua Admirabilem, qualem eum etiam esse tunc jam temporis dixi. Ut enim, quæ Introitum illius in hanc vitam admirabilem reddere poterant, non pauca nec levia erant; sic quoque non pauciora sunt aut minora, ex quibus ejus ex hac vita abitus nobis admirabilis fit. Quodsi Historiam passionis, ad mortem obeundam eum quasi disponentis, integrum percurrere licet, amplissimus se nobis dicendi campus aperturus esset, ut, ubi vel inchoandum foret, vel finiendum, terminos ylx inveniremus. At præstitutæ brevitatis memores, ex præcipuis eorum unum duntaxat alterumve sacrî commendabimus pliisque meditationibus vestris. Agite proinde, Ingrediamini mecum hortum Gethsemane, ubi eum, cuius in nomine flectere se debet omne genu, in genua procumbentem; Altissimum, qui in cœlis est, demissa facile humi prostratum; & quem adorant Angeli, quem celebrat omnis lingua, angore correptum humiliè precantem cernimus. Noverat nimurum, suam sibi jam instare passionem, ut autem veram assumferat humanitatem, similis per omnia, solo excepto peccato, fratribus suis factus; ita & affectus humani tilii vitiis habentes ab eo alieni non erant: ideo imminentis adeò acerbæ, crudelis ac ignominiose mortis intuitu moerore percellebatur, ut ingemiscerent eum audiamus, molestam esse animam suam vel ad mortem usque, Patremque celestem orare, si possibile esset, transiret calix iste. Et tantam quidem in eum iste affectus vim habebat, ut non animam solum tristem molestamque redderet, verum & in corpus operaretur: Ita testatus est Lucas XXII. 44. Correptus angore prolixius orabat: & erat sudor ejus sicut grumi sanguinis delabentes in terram. Ecce miraculum admirabilem nobis sistens Christi passionem! Subitanum alias metum & angustiam cordis sudorem excitare, non insolitum esse, experientia conitat. Verum, sanguineus hic Christi sudor habet, quod animum meditantis rapiat in admirationem. Non sedet animo in dubium vocare His-

arum certitudinem, enarrantem exempla hominum, quels sanguineus
manare sudor deprehensus fuit, qualia suo iam tempore observata fue-
re Aristoteli, & ab eo relata Lib. III. Hist. Animal. Cap. 19. ut & de
Partib. Animal. Lib. III. Cap. 5. cuiusmodi plura recentior addit Hi-
storia Naturalis, ut est illud, cuius Thuanus Lib. X. Histor. meminit,
qvodq; Maldonatus Comment. in Matth. XXVI. ad v. 37. refert, & alia
curiose Medicorum observationes dabunt. Minime tamen ferendum est,
ea propter hunc sanguinem Christi ex ejus corpore in terram defluen-
tem miraculosum fuisse, negari, & naturalibus adscribi causis, qvemad-
modum dictus ante Maldonatus l. c. nimis audacter de eo pronunciat:
Quod sanguinem, inquiens, Christus sudaverit, esse sunt, qui miraculo,
ac preter naturam factum patent, *tum etiam mysterio quodam, ut rotundus*
ejus corpus, quod est Ecclesia, ipsius sanguine perfundi videretur: potius
tamen naturalem sudorem fuisse arbitror, sed quia insolitus est, miraculo
fuit similis, qualia omnia rara esse solent. Causam vero illius physicam
si quæsiveris, ita philosophari pergit: *Ratio naturalis docet, in homini-*
bus præsentim rara textura, delicataq; constitutionis, fieri id posse. Cum
enim sudor nihil aliud sit, quam pars sanguinis aquosa, que in venis est,
cur, quemadmodum omnibus pars illa per sudorem efficitur, non possit in
pancissimis quibusdam, qui rarissimo sunt corpore, & subtiliorem san-
guinem habeant, sanguis ipse tenuior loco sudoria effluere? Et quemad-
modum videmus, omnes subite correptos metu sudare: ita Christum, qui
delicatissima natura erat, non dicamus, naturaliter apprehenso ignominio-
sissimo genere mortis, sanguinem sudavisse? Imo vero neutiquam dice-
mus. Discriminis namq; permultum tam inter Christum istosq; homi-
nes, quam inter horum ac istius sanguinem, corporibus egredi eum, inter-
cedere, non levis momenti indicant rationes. Etenim in aliis non san-
guinem propriè dictum, sed seriores duntaxat ejus partes rubidine,
tinctas excretas fuisse, Medici docent; ast Christi ille, quem exsudavit,
sanguis propriè talis fuit, qui totam massam maxime constituit & ita
denominari facit, in grumos coactus, instar cruxis delapsus in terram,
quomodo ex naribus aut vulnuscula guttatum soleat effluere: quomodo eum
desribit Voglerus Physiol. Hist. Passion. J.C. cap. 3. Sic & fatetur Medi-
corum schola, corpora hominum, quibus sanguinis legitur obtigisse
sudor, morbo affecta fuisse, ut Bartholinus Dissert. de Latere Christi
aperto Cap. 13. scribat: *Circum sanguinis sudorem certissimo indicio*
vitium corporis denotare. De Christo autem quid dicendum nobis
erit? quem novimus sanctum, innocentem, impollutum, segregatum
a peccatoribus, Ebr. VII. 26. Ceterè, dum a peccato immunis, etiam
merti obnoxius non fuit, nam mors suspendit peccati est, Rom. VI. 23.

Si

Si autem mors non habuit in eum potestatem, liber etiam à mōrbo
fuerit, oportet, utpote qui mortis prænuntiū sunt, viam ad eam iter-
nentes; quamobrem &c, utut alias ortum ex peccato non trahentes im-
becillitates humanas de eo legamus, nullibi tamen Scripturarum morbo
vel levissimè affectus fuisse legitur. Ex quo igitur, corpus Salvatoris opti-
ma temperie præditum fuisse, omni nobis dubio caret. Et licet ex angore
hunc promanasse sudorem fassi fuerimus, ignotum tamen nemini est,
Salvatorem ejusmodi infirmitates, quas inhibere potuisset, sponte admis-
sisse ad opus redēptionis nostrū peragendum. Quæ cum ita se ha-
beant, quidn̄ sanguineum Christi sudorem miraculis accenseremus, unde
admirabilis nobis est illius passio? Postularet jam ordo, ut Salvato-
rem nostrum à proprio ipsius Discipulo, proh! stupendam hominis ma-
litiam! sub venerationis specie, osculo proditum hostibusque traditum,
ad diversa iudicia hue illucque tractum comitaremur. Videremus hic,
justitiam ab injustitiā judicari, innocentissimum atrocium criminum
accusari, omnium salutem querentem abs mortalium pessimis pessimè
haberi, segregatum à peccatoribus abs peccatorum perditissimis da-
mnari, sanctissimum in medio latronum atrocissimorum cruci affigī.
Quæ licet omnia singulaque uberiorem merentur meditationem; nolo
tamen de his seorsim agere, dum succurrat, quod sine stupore admir-
ationeque vel legere vel audire non licet. Aspiciamus, quæsos,
pendensem jam jam de cruce Jesum, dulcissimum Salvatorem nostrum,
& magnā voce clamantem audiemus: Eli, Eli, lama sabachthani! hoc
est, DEus meus, DEus meus, cur dereliquisti me! Matth. XXVII. 46.
Ecquis hæc audiens diffiteri audet, admirabilem esse Jesu nostri passio-
nem? Qvis namque non mirabitur, eum, in quo coporaliter habitat
tota plenitudo Deitatis, Col. II. 9. à DEO desertum esse? Duum proprium
suum, Rom. IIIX. 32. unigenitum, Job. IIII. 16. dilectum, Matth. IIII. 17.
Filiū suum dereliquisse, ecquis crederet sibī īimaginaretur? Et tamen
ita est: fuit Jesus patiens à DEO derelictus. Non quod personalis illa unio,
quā Deus & homo unam individuam constituant personam, dissoluta ac
rupta fuerit; nec quod plenitudo Deitatis ab homine fuerit sublata;
sed quod ab inhabitante sibi Deitate nullum sensit tantis in doloribus
solatium, nullam gustavit dulcedinem, nullum à divinā Majestate
auxilium percepit. Ideoque tali in statu morti traditus tandem est,
quam verò omni sui parte admirabilem invenimus. Si quis nostrū
pro amico, ut eundem à supplicio servaret, mortem truculentam, acer-
bam & ignominiosam sustineret, nonne omnium is admirationem
in se converterus esset? Nonne singuli singularem istum prædicaturū
amorem forent? Qvanto igitur magis miranda nobis est mors Jesu
Christi

Christi. Non enim pro amicis ; sed pro inimicis , ut ab æternâ morte
eos redimeret, truculentissimam, acerbissimam, ignominiosissimam
obiit mortem. Mortuus est propter peccata , in quo nullum ullum
fuit peccatum, *Ez. LIII. 9. Ebr. VII. 16. 1. Pet. II. 22.* Mortuus
est justus pro injustis, siquidem omnium nostrum peccata omnia Deus
iphi imputaverat, *Ez. LIIH. 6.* adeò ut Apostolo magnâ cum emphâ-
si dicatur ipsum peccatum à DEO factus , *2. Cor. V. 21.* ut nos effice-
remur justitia DEI per illum. Quæ meditantur animos, quanta
esse potest, admiratio subeat, necesse est. Attamen nondum maxima
dixi, licet jam magna dicta sint , quæ admirabilem sистunt Jesu
morientis mortem. Mirandorum quippe maxime mirandum est,
quod Deus mortuus est. Mysterium quidem dico: at nostis, Chris-
tum Salvatorem non merum hominem , sed & verum DEum esse.
Filius namque DEi , missus à Patre in mundum , ut eos , qui legi
erant obnoxii, redimeret, ut adoptione filiorum ejus jus recipere-
mus , *Gal. IV. 5.* carnem nostram assumit , *Ebr. II. 16.* & ca-
ro factus est, *Job. I. 14.* divinâ suâ hypostasi carni communicata,
ut unam igitur & Deus & homo constituant personam. Qvam
verè igitur , propter unitatem subsistentię homo, Deus est, tamen
verè mortuus est Deus. Scilicet, fieri aliter non poterat, qvam
ut, vi unionis personalis , Filius DEi & sua divina idiomata hu-
manæ naturæ communicaret, & hujus vicissim sibi appropriaret
idiomata. Non enim audiendi sunt vel Nestoriani, vel propi-
us illis accedentes Calvinio-Reformati, quando ad solam huma-
nam naturam Christi mortem adstringunt. Causa mortis cruci-
fixio fuit: ex testimonio autem Pauli, *1. Cor. II. 8.* non nudus
homo, sed ipse. Dominus gloriae, i. e. verus, summus, Altissi-
mus Deus , crucifixus est. Si autem crucifixus, qui non & mortuus?
Dicis: DEum immortalem esse, *1. Tim. VI. 16.* habere vitam in se-
ipso, *Job. V. 26.* esse ipsam vitam, *Job XIV. 6.* quomodo ergo mori pos-
tuisset? Verum, & hoc ipsum pli admiratione complectimur , unde
Jesus moriens morte suâ admirabilis est, quod immortalis
mortuus, vita morti concessit. Non capit hoc cœca in divinis
ratio: attamen ex unione personali fluit. Certum nobis ex Scri-
pturâ manet utrumque, & DEum in se mori non posse, & mor-
tuum verè esse in homine personaliter sibi unito. Sed ecce! iterum
iterumque admirabilem Christi mortem! Mortuus est Christus, &
ipsa tamen in morte non fuit sine vitâ. Non divellemus hic na-
turam , quasi Filius DEi solus suam retinuerit, per æternam ge-
nerationem a Patre sibi communicatam , vitam , de qua loquitur

Job. V.26. homo autem solus mortuus sit. Neque de solo Filio DEI dicta intellecta volumus, qui, non obstante morte hominis sibi appropriata, ab æterno in æternum vivit. Sed ipsam innuimus, unde majus est hoc miraculum, naturam humanam, quod Christus homo verè mortuus sit, & tamen vitæ non caruerit ipsa in morte. Verè mortuum eum esse, testatur Evangelistarum quadriga: Matthæus XXVII. 50. Marcus XV. 36. Lue. XIII. 46. Iohannes XIX. 30. & quoties non Apostoli mortuum eum pronunciant? Et nihilominus vitam in eo fuisse, confirmat inter utramque illius naturam intercedens unio personalis. Qvæquam enim naturale, quod partes hominis essentiales, animam atque corpus, colligat atque unit, vinculum morte disruptum fuerit dissolutumque; verè tamen natura divina non cum anima solum, sed & cum corpore indissolubiliter unita permanxit, indeque & mortuum corpus veram habuit vitam. Verbo ut dicam, quod res st̄am̄lit quidem vitam naturalem, vitam autem personalem retinuit. Atque sic habemus Jesum & in vitâ mortuum, & in morte viventem. Ubi nec silentio prætermittendum, in eo quoque Admirabilem morte suâ se exhibere Jesum morientem, quod sponte sua mortem subiit, quam evitare omnino potuisset. Non enim, ut supra jam innuimus, causa mortis in eo data fuit, præterquam quod æternæ unitus vitæ erat: unde nulla hostium sc̄vitie mortem ipsi inserre valuerit. Hinc ipse met Job. X. 17. 18. Ego, dicit, ponio animam meam. &c., nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Unde & Paulus Phil. II. 6. 7. 8. de ipso scribere habuit: Cum esset in formâ DEI, non rapinam arbitratus est, ut esset equalis DEO, sed semetipsus humilem prebuit, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Quin & illud pio admirationis affectu propter quæmar, convenienter est, Admirabilem nostrum, etiam si mortem obierit, non tamen morti succubuisse, quin à morte victus mortem devicerit ipsam. Mortem quippe Christi novimus mortis ipsius esse mortem. Etenim non modo ipse à morte detineri haud potuit, sed & nobis moriendo vitam promeritus est atque conciliavit, ita ut mors fidelibus non sit mors, sed introitus in vitam; sit janua ingressum pandens ad vitam nullâ morte finiendam. Audiamus de eo nos informantem Apostolum, Ebr. II. 9. 14. Jesus, inquit, per cruciatum moris gloriam & honore coronatus est, ut per gratiam DEI pro omnibus gustaret mortem; Nam particeps factus est carnis & sanguinis, ut per mortem, quam sustinuit in se ipso, aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, Diabolum & liberos redderet eos, quicunque noctu mortis per omnem vitam abnoxii arant servitu similiter &c: Cor. XV. 54. - 58. Quum autem, miratur in futurâ gloriâ corporum nostrorum resurrectione

infestatione; corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem; & mortale
hoc induerit immortalitatem, tunc sicut sermo, qui scriptus est: (Ez. XXV.
8. Hos. XIII. 14.) absorpta est mors in victoriam. Ubi tunc, mors, aculeus?
Ubi tua, inferne, victoria? Aculeus autem mortis, peccatum: poten-
tia verò peccati, Lxx. Sed DEO gratia, qui dedit nobis victoriam, per
Dominum nostrum Jesum Christum. Quidn ergo admirabilem dice-
remus mortem Christi? Qvò autem penitus eam consideramus, ed
plura in èadem se nobis offerunt admiranda. Nam & illud omnem vol-
subtilissimi intellectus captum excedit, qvod mors hæc Filii DEI attin-
git personam, immortali manente Délitate, à qvā tamen persona rea-
liter non differt, sed cum èadē singulari atq; perfectissimā ratione i-
dem est. Qvā &c, qvod neq; Pater neq; Spiritus Sanctus, sed solus
Filius mortem senserit in assumta humanitate. Nam Pater & Spiritus S.
extra mortem qvidem fuere, haud tamen extra mortuum, siq; videm una
persona divina nunquam sine alterâ aut extra alteram, propter numeri-
cam essentiae identitatem ac personalem ~~mētaphysicū~~, esse potest. Unde
qvamvis Pater atq; Spiritus S. non fuerint extra humanitatem Filii, qvi
a nunquam extra Filium sunt; solus tamen mortuus est Filius, qvi solus
incarnatus, non etiam Pater Spiritusq; S. O mysterium omni compre-
hensione majus! Qvæ tam acuta est, hæc ut intelligat, ratio? Qvæ tam elo-
quens, ut eloqui possit, lingua? Interim ut aliquo saltem modo, qvod per-
cipere non valemus, capiendum nobis sisterent veteres Ecclesiæ Doctores,
similitudine aliquali declarare ipsum annisi fuerunt. Et Augustinus qvidem
Patrum augustissimus, Serm. 3. de Temp. hanc illius nobis imaginem repræ-
sentat: In sole calor & splendor in uno radio sunt: sed calor exsiccat, splendor
illumina, aliud suscipit calor, aliud splendor. Et licet calor & splendor ab in-
vicem non queant separari, suscipit splendor illuminationem, non fervorem;
suscepit calor fervorem, non illuminationem; aliud simul, aliud singulares a-
gunt, & tamen ab invicem non separantur: Sic & Filius suscepit carnem, &
in carne tulit mortem, & non deseruit Patrem, nec se divisit à Patre, suscepit,
inqvam, Filius carnem in proprietate, sed tamen & Pater & Spiritus S. non
deseruerunt Majestate. In Divinitate aequalitas, in carne sola Filii proprietas,
non autem ab eo Patris aut Spiritus Sancti recessit aliquando Divinitas. Cum
ergo una sit DEitas, una Divinitas, implevit qvidem carnem Christi & Pater
& Spiritus Sanctus, etiam tunc animam linqueret, sed Majestate, non suscep-
tione. Tandem & illud prætermittendum non est, ex eo qvōq; admirabi-
le esse Iesu mortem, qvod & temporaria fuit, & aeterna. Temporariam
eam fuisse constat, qvia ex mortuis tertio die resurrexit. Aeterna autem est,
non extensivè qvidem at ratione durationis; sed intensivè respectu perso-
nae morientis, qvæ Filius DEI est, aeterna atq; infinita persona. Id propter
enim

enim illius mors æternam omnium omnino hominum mortem, quam in Inferno sustinere eos portuisset, nisi Christus pro iis fuisset mortuus non solùm æquat, sed & superat modo graduque infinito. Ex his itaq; O CIVES! Jesum morientem morte suâ admirabilem ag noscitis. Sed minimam duntur, si numero metiri eadem placeret, admirandorum audivitis partem, ex quibus admirabilis existit mors Salvatoris nostri. Plura autem eorum recensere, chartæ huic scriptio[n]i destinatae prohibet angustia. Quamobrem & illa omittenda sunt, quæ mortem hanc comitata leguntur, miracula, quæque funebris pompa instar fuere, ut ecclipsis solis, velum templi ruptum, terræ motus, laxorum fissura, sepulchra aperta, & ex illis egredientes mortui. Vos enim monendi adhuc estis, ut admirabilem Salvatoris mortem pro admirationis affectu meditemini, meditandoq; in vestrum convertatis usu in & ædificationem. Non quidem me fugit, Principe hujus seculi sine dubio instigante, receptus mundi mos, quo sanctissimum hoc tempus, memorie acerbissime passionis ac mortis IESU, quam pro nobis sustinuit, pie recolendæ, ab Ecclesia destinatum, commissariis, compotationibus, aliisq; impiis vanitatibus, unde innumera penè, ut matrum malarum peiores filiæ, peccata prognoscuntur, impendi solet. Vos autem, quæso, non sic! Ne conformemini, per propriam vestram salutem Vos hortor atq; obtestor, mundo huic, sed ab omni eo, quod morti IESU nostri Indignum, abstinet. Tristemur, mundo gaudente: gaudemus, mundo tristante. Ob oculos semper nobis versetur Admirabilis morte suâ IESUS noster moriens. Agnoscamus inde peccatorum nostrorum, atrocitatem, ob quæ pati ac mori oportuit eum, qui ne quidem cognoverat peccatum. Agnoscamus justitiae divinae severitatem, quæ sine prestita sibi satisfactione peccata remittere non poterat. Agnoscamus inestimabiles divinae misericordiae divitias, quæ DEUS permotus nec unico dilecto suo Filio pepercit, quia eum dederit, ut pro peccatis nostris passione ac morte suâ justitiae laesa satisfaceret, sicutque nos DEO à nobis alieno reconciliaret. Agnoscamus, Christum morte suâ vitam, quæ per peccata nos indignos feceramus, morte devictam, nobis recuperasse, atq; à Diaboli ac inferni potestate, cui nos peccata subjecerant, nosmet vindicasse, ut in regno ejus æternum cum ipso viveremus. Hæc meditantibus & gaudendi & tristandi è morre IESU causa erit. Mortuus est Salyator noster, & quidem nostra ob peccata mortuus est: ergo tristemur. At mors ejus nostra vita est: ergo gaudemus. Ita si meditabimur Admirabilem mortem suâ IESUM morientem, non poenitebit nos harum meditationum, utq;

nunquam poeniteat DEUS, opto precorque, ipse faxit.

P. P. Sub Sigillo Rectorali

Dominum Quinquag. d. 7 Febr.

Anno MDCCXVII.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003987486/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987486/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003987486/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003987486/phys_0012)

DFG

Infectione; corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem
 hoc induerit immortalitatem, tunc si est sermo, qui scriptus
 §. Hof. XIII. 14.) absorpta est mors in victoriam. Ubi tuus,
 Ubi tua, inferne, victoria? Aculeus autem mortis, pec-
 cata verò peccati, Lex. Sed DEO gratia, qui dedit nobis
 Dominum nostrum Jesum Christum. Quidni ergo ad-
 remus mortem Christi? Qvō autem penitus eam con-
 plūra in èadem se nobis offerunt admiranda. Nam & illi
 subtilissimi intellectus captum excedit, qvod mōs hæc
 git personam, immortali manente Dilitate, à qvā tamen
 liter non differt, sed cum èadem singulari atqve perfectissi-
 dem est. Qvin &c, qvod neqve Pater neqve Spiritus San-
 Filius mortem senserit in assumta humanitate. Nam Pater
 extra mortem qvidem fuere, haud tamen extra mortuum,
 persona divina nunquam sine alterā aut extra alteram, pro-
 cam essentiæ identitatem ac personalem ~~mētā~~ genos, esse
 qvamvis Pater atqve Spiritus S. non fuerint extra humanitatē
 a nunquam extra Filium sunt; solus tamen mortuus est Filius
 incarnatus, non etiam Pater Spiritusqve S. O mysterium o-
 hensione majus! Qvæ tam acuta est, hæc ut intelligat, ratio? C
 qvens, ut eloqui possit, lingua? Interim ut aliquo saltem modi
 cipere non valemus, capiendum nobis sisterent veteres Eccle-
 siam illitudine aliquali declarare ipsum annisi fuerunt. Et Augustinus
 Patrum augustissimus, Serm. 3. de Temp. hanc illius nobis imagi-
 fentat: In sole calor & splendor in uno radio sunt: sed calor exstet
 illuminat, aliud suscipit calor, aliud splendor. Et licet calor & sp-
 lendor non queant separari, suscipit splendor illuminationem, no-
 nū suscipit calor fervorem, non illuminationem; aliud simul, aliud
 gunt, & tamen ab invicem non separantur: Sic & Filius suscep-
 tū in carne tulit mortem, & non deseruit Patrem, nec sedivit à Pa-
 tri nū, Filius carnem in proprietate, sed ramen & Pater & Spi-
 ritus defuerunt Majestate. In Divinitate aequalitas, in carne sola Filius
 non autem ab eo Pater aut Spiritus Sancti recessit aliquando. Dein
 ergo una sit Deus, una Divinitas, implevit quidem carnem Christi
 & Spiritus Sanctus, etiam cum animam linqueret, sed Majestate
 ptiōne. Tandem & illud pretermittendum non est, ex eo quo
 lem esse Iesu mortem, qyod & temporaria fuit, & æterna. Te-
 nū fuisse constat, qvia ex mortuis tertio die surrexit. Æternū
 non extensivè quidem ac ratione durationis; sed intensivè res-
 tat morientis, qvæ Filius Deus est, æterna atq; infinita persona.

